

MASS PROPER: JULY 5, ST. ANTONY MARY ZACCARIA, CONFESSOR

MASS *Sermo meus* (white)

INTROIT 1 Corinthians 2: 4

Sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis. (Ps. 110: 1) Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, in consilio justorum et congregatióne. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis.

COLLECT

Fac nos, Dómine Deus, supereminentem Jesu Christi sciéntiam, spírítu Pauli Apóstoli, edíscere: qua beátus Antónius María mirábiliter erudítus, novas in Ecclésia tua clericórum et vírginum famílias congregávit. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Timothy 4: 8-16

Caríssime: Pietas ad ómnia útilis est: promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futúre. Fidélis sermo et omni acceptiône dignus. In hoc enim laborámus et maledícimur, quia sperámus in Deum vivum, qui est Salvátor ómnium hóminum, maxime fidélium. Præcipe hæc et doce. Nemo adolescéntiam tuam contémnat: sed exéplum esto fidélium in verbo, in conversatióne, in caritáte, in fide, in castitáte. Dum vénio, atténde lectiáni, exhortatiáni et doctrinæ. Noli negligere grátiam, quæ in te est, quæ

My speech and my preaching was not in the persuasive words of human wisdom, but in showing of the spirit and power. (Ps. 110: 1) I will praise Thee, O Lord, with my whole heart ; in the council of the just, and in the congregation. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. My speech and my preaching was not in the persuasive words of human wisdom, but in showing of the spirit and power.

Make us, O Lord God, learn, in the spirit of Paul the Apostle, the knowledge of Jesus Christ which surpasseth all understanding, wherein blessed Anthony Mary was marvelously versed and formed in Thy Church new religious congregations of men and women. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved: Godliness is profitable to all things, having promise of the life that now is, and of that which is to come. A faithful saying and worthy of all acceptation. For therefore we labor and are reviled, because we hope in the living God, who is the Savior of all men, especially of the faithful. These things command and teach. Let no man despise thy youth: but be thou an example of the faithful in word, in conversation, in charity, in faith, in chastity. Till I come, attend unto reading, to exhortation, and to

data est tibi per prophétiam, cum impositiōne mánuum presbytérii. Hæc meditāre, in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciēns, et teípsum salvum faciēs, et eos qui te áudiunt.

GRADUAL Philippians 1: 8-10

Testis mihi est Deus, quo modo cúpiam omnes vos in viscéribus Jesu Christi. Et hoc oro, ut caritas vestra magis ac magis abúndet in sciéntia et in omni sensu. Ut probétis potióra, ut sitis sincéri et sine offénsa in diem Christi.

LESSER ALLELUIA

Philippians 1: 11

Allelúja, allelúja. Repléti fructu justítiæ per Jesum Christum, in glóriam et laudem Dei. Allelúja.

GOSPEL Mark 10: 15-21

In illo témpore: Dixit Jesus discípuis suis: Quisquis non recéperit regnum Dei velut párvulus, non intrábit in illud. Et compléxans párvulos et impónens manus super illos, benedicébat eos. Et cum egréssus esset in viam, procúrrens quidam, genu flexo ante eum, rogábat eum: Magister bone, quid faciám, ut vitam ætérnam percípiam? Jesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus. Præcépta nosti: Ne adúlteres, ne occídas, ne furéris, ne falsum testimónium díxeris, ne fraudem féceris, honora patrem tuum et matrem. At ille respóndens, ait illi: Magíster, hæc ómnia observávi a juventúte mea. Jesus autem intúitus eum, diléxit eum et dixit ei: Unum tibi deest: vade, quæcúmque habes,

doctrine. Neglect not the grace that is in thee, which was given thee by prophesy, with imposition of the hands of the priesthood. Meditate upon these things, be wholly in these things: that thy profiting may be manifest to all. Take heed to thyself and to doctrine: be earnest in them. For in doing this thou shalt both save thyself and them that hear thee.

For God is my witness, how I will long after you all in the bowels of Jesus Christ. And this I pray, that your charity may more and more abound in knowledge and in all understanding. That you may approve the better things, that you may be sincere and without offense unto the day of Jesus Christ.

Alleluia, alleluia. Filled with the fruit of justice through Jesus Christ through Jesus Christ unto the glory and praise of God. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: Whosoever shall not receive the kingdom of God as a little child, shall not enter into it. And embracing them, and laying his hands upon them, he blessed them. And when he was gone forth into the way, a certain man running up and kneeling before him, asked him, Good Master, what shall I do that I may receive life everlasting? And Jesus said to him, Why callest thou me good? None is good but one, that is God. Thou knowest the commandments: Do not commit adultery, do not kill, do not steal, bear not false witness, do no fraud, honor thy father and mother. But he answering, said to him: Master, all these things I have observed from my youth. And Jesus looking on him,

vende et da paupéribus, et habébis thesáurum in cælo: et veni, séquere me.

OFFERTORY Psalms 137: 1-2

In conspéctu Angelórum psallam tibi: adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

SECRET

Ad mensam cæléstis convívii fac nos, Dómine, eam mentis et córporis puritátem afférre, qua beátus Antónius María, hanc sacratíssimam hóstiam offerens, mirífice ornátus enituit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Philippians 3: 17

Imitatóres mei estóte, fratres, et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram.

POSTCOMMUNION

Cælésti dape, qua pasti sumus, Dómine Jesu Christe, eo corda nostra caritátis igne flamméscant: quo beátus Antónius María salutáris hóstiæ vexíllum, contra Ecclésiæ tuæ hostes, éxtulit ad victóriam: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

loved him, and said to him: One thing is wanting unto thee: go, sell whatsoever thou hast, and give to the poor, and thou shalt have treasure in heaven; and come, follow me.

I will sing praise to Thee in the sight of the Angels; I will worship towards Thy holy temple, and I will give glory to Thy name.

May we bring to the table of the heavenly banquet, O Lord, that purity of mind and body with which St. Anthony Mary was so wondrously imbued and in which he excelled when he offered these sacrificial gifts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, be imitators of me, and mark those who so walk, as you may have our pattern.

May the heavenly banquet at which we have been fed, O Lord Jesus Christ, set our hearts aflame with that fire of love with which St. Anthony Mary bore the banner of the saving Victim to victory against the enemies of Thy Church. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.